Dan 2,21–29 (93)

Iste liber e(st) monast[erii]

Bibl

sapientib(us) et scientiam intellegentib(us)
disciplinam. Ipse revelat p(ro)funda
et absconditam et novit in tenebris
constituta et lux cum eo est. Te d(eu)s
patrum n(ost)rorum confiteor teq(ue)
laudo quia sapientiam et fortitudi
nem dedisti mihi. Et nunc ostendisti
mihi quae rogavimus te quia
sermonem regis aperuisti nobis.
Post haec danihel ingressus ad a
rioch quem constituerat rex ut
sic ei locutus est sapientes babylonis
perderet sapientes babylonis ne p(er)
das. Introduc me in conspectu re
gis et solutionem regi narrabo.
Tunc arioch festinus introduxit
danihelem ad regem et dixit. Inve
ni hominem de filiis transmigra
tionis iudae qui solutionem regi ad
nuntiet. Respondit rex et ait da
nieli cuius nomen erat baltassar.
Putasne vere potes indicare
mihi somnium quod vidi et interp(re)
tationem eius. Et respondens daniel
coram rege ait. Mysterium quod rex
interrogat. Sapientes magi et ha
rioli et haruspices nequeunt indicare
regi. Sed est d(eu)s in caelo revelans
mysteria qui indicavit tibi rex
nabochodonosor quae ventura
sunt novissimis temporib(us). Somni
um et visionis capitis tui in cu
bili tuo huiuscemodi sunt.
Tu rex cogitare coepisti in stratu
o quid esset futurum post haec.

2,29